

„ marias aliquas summas ab iis exigant, recte ne faciunt,  
 „ an non? *Sic respondet* : Milites, *inquit*, propriis sti-  
 „ pendiis non aluntur; & per Moſen dixit Deus: non  
 „ confringes os bovi trituranti. Si igitur per medio-  
 „ crem dationem aliquam, & arbitrio ordinati, vel  
 „ ſanctificati, ſolatium accipere querunt Sacerdotes &  
 „ Pontifices, qui ordinant vel baptizant, nihil mali fa-  
 „ ciunt. Nam ſolemne eſt per Conſuetudinem, ordinan-  
 „ tes accipere ſolatium. Quodſi huiusmodi ſolitas muni-  
 „ ſicentias non requirant, ſed majora dona, & quæ or-  
 „ dinati facultates coangultent; non tantum non exau-  
 „ dientur, ſed & deponitioni ſubjicientur. Ait enim ſe-  
 „ cundus Canon ſanctæ & œcumenicæ Synodi: ſiquis  
 „ Epifcopus propter pecunias Ordinationem fecerit, &  
 „ non venalem gratiam in venditionem deduxerit, &  
 „ propter pecunias ordinaverit Epifcopum, vel Chore-  
 „ piſcopum, vel Presbyterum, vel Diaconum, vel ali-  
 „ quem eorum, qui in Clero annumerantur; vel propter  
 „ pecunias promoverit Oeconomum, vel Defenſorem,  
 „ vel Paramonarium, vel omnino aliquem ex Canone,  
 „ turpis quaſtus gratia; qui hoc tentaffe convictus  
 „ fuerit, de proprio gradu in periculum veniat: &  
 „ qui eſt ordinatus, ex ordinatione vel promotione,  
 „ quæ inſtar mercaturæ venundatur, nihil juvetur, ſed  
 „ ſit a dignitate vel curatione alienus, quam pecuniis  
 „ adeptus eſt. Siquis autem ſequeſter & interceſſor adeo  
 „ turpibus & nefariis lucris apparuerit; hic quoque, ſi  
 „ ſit quidem Clericus, proprio gradu excidat; ſi ſit au-  
 „ tem Laicus, vel Monachus, anathematizetur. Et XXIII.  
 „ Canon Sanctæ & OEcumenicæ Synodi, in Trullo ma-  
 „ gni Palatii coactæ hæc proſequitur: Ut nullus, ſive  
 „ Epifcopus, ſive Presbyter, ſive Diaconus, immacu-  
 „ latam præbens communionem, ab eo, qui communi-  
 „ cat, ejus participationis gratia, obolos, vel quam-  
 „ vis aliam ſpeciem exigat. Non eſt enim venalis  
 „ gratia. nec pro pecuniis, Spiritus ſanctificationem,  
 „ impertimur, ſed ea iis, qui digni ſunt, abſque ulla  
 „ eſt calliditate communicanda. Siquis autem eorum,  
 „ qui